



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 90119266

§. 17. Balthasaris Cencii Cardinalis obitus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

fi invidia abfuiſſet: Obiit tandem ſe-
 ptuagenarius ex apoplexia die unde-
 cima Januarii. Hujus Purpurati vi-
 tam Pater Petrus Riccettus deſcripſit,
 atque anno hujus ſæculi quadrageſimo
 Romanis literis excudi fecit.

Sæc. XVIII.
 A. C. 1709.

§. XVII.

Balthaſaris Cenci Cardinalis obitus.

Alter ex Purpuratis hoc anno defun-
 ctis erat Balthaſar Cencius patria
 Romanus, ex nobiliſſima ſtirpe oriun-
 dus. Hic liberalibus diſciplinis & Ju-
 riſprudentiæ navata opera prorſus e-
 gregia ab Innocentio XI. Prælatiſ, nec-
 non Congregationi Vaticanæ fabricæ
 admotus, Avenionenſis Pro - Legatus
 nominabatur; exortis autem ob Rega-
 lia diſſidiis Papam inter & Franciæ Re-
 gem, atque Avenione ab eodem inter-
 cepta, Cencius primo ad Abbatiam
 S. Pontii, poſtea Niciam profugere com-
 pulſus eſt, nonniſi poſt Alexandri VIII.
 inaugurationem, compoſitiſque con-
 troverſiſ Avenionem reverſus, ubi e-
 tiam Legationem ſuam maxima pru-
 dentia, æquitatiſque laude proſeque-
 batur, uſquedum ab Innocentio XII.
 Romam revocatus, primo Lariffenſis
 Archiepiſcopus, poſtea Cardinalis, ac
 demum Firmanus Archipræſul nomina-
 retur:

E 2

retur:

Sæc. XVIII.
A. C. 1709.
 retur: Cum vero Aulæ strepitus perhorresceret, mox ad suam Diæcesin contendens, cunctas vigilantissimi Pastoris partes explevit, summumque studium ac vigilantiam in coercendis improbis, Clericorum moribus reformatis, atque in restituenda Ecclesiæ Disciplina adhibuit, cunctis exemplo & opere præluens, factus forma gregis sui. Erexit quoque pro Nobilium educatione Seminarium, & pro peccatorum conversione Missionem Apostolicam fundavit. Post Innocentii XII. obitum, quamvis facili negotio suam promotionem procurare potuisset, sui tamen oblitus, suffragatorum animos in Cardinalem Marecottum inclinare adlaboravit: solutis autem comitiis atque electo Clemente XI. rursus ad suam Ecclesiam reversus, die vigesima sexta Maij meritis plenus ibidem decessit, annos natus sexaginta quinque.

§. XVIII.

Marcelli Astensis Cardinalis decessus.

Vita Card.
pag. 113.

Non minus ardens sui desiderium reliquit Marcellus Astensis, Averisæ Neapolitani Regni urbe natus, qui Jurisprudencia, qua maxime excelluit, aliisque scientiis excultus, laurea que donatus, recusatis nuptiis Sacræ militiæ